М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ Г.
Шкафъ 3. Полка 2
№ 32.

Początek summaryusza z tej księgi dnia
25. Lipca, a skończony dnia 9. Sierpnia
1844 r. łącznie z Księgą № 744. jako dupli=
kat, rządkowy leżące. —

J. Lehnerski

Duplikat czasowy Księgi poprzedniej Nr 74.

II
1a

16 XX

23.

Liber Actorum 1548 et 1549 a folio 125 ad
folium ~~253~~ 270 item a folio ~~652~~ 656 ad fol 794 transcriptus

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae etc
Significamus tenore Praesentium universis et sin
gulis praesen et futuris harum notitiam habi
turis. Exhibitas ase ceram nobis per nobilem
Nicolaum Grepischowski in Zawady et Lipian=
hi Heredem de tena Lanicicien certas Literas
Commissoriales limites inter bona infrascripta
per certos Commissarios nostros a Nobis depu=
tatos factos described Sigillis illorum commu=
nitas, sanas salvas et nulli suspitionis vitio
obnoxias. Supplicatumq; pro eo nobis est per
certos Consiliarios nostros, ut eas approbare
ratificare et confirmare dignaremur. Quarum
tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis
Sigismundus Samuelowski Lanicicien, Joanne
Stokowski Konarien, Jacobus Lasocrhi Inowlo=
dzen Castellani, Nicolaus Malocherowski Da=
pifer, Priscius Soborzki Succamerarius, Pau=
lus Radorgoski Subdapifer Lancicien Commissa=
rij per Sacram Regiam Majestatem dati et
Deputati. Significamus tenore praesentium
quibus expedit universis et singulis praesen
et futuris haicum notitiam habituris. Quo=
modo dum Nobilis Nicolaus Grepichowski
in Zawady et Lipianki heres praesentasset
nobis Literas Commissionis Sacre Regie Ma=
jestatis Domini nostri Clementissimi, eas
nos cum ea quo decuit reverentia et hono=
re suscepimus. Quarum quidem Literarum
Commissionis tenor est talis. Sigismundus

Dei

Dei Gratia Rex Poloniæ Supremus Dux Lithua-
niæ Russiæ Prussiæ Masoviæq Dominus et hæ-
res. Generosi Sigismundo Sarnierewski Sanie-
censi, Jacobo Lasocki Inowlodzen Castellanis
Nicolao Malochowski Dapifero, Procio Sobo-
cki Succamerario Paulo Radogowski Subdapi-
fero, Joanni Skotnicki Venatori Lanciciensi-
bus Fidelibus dilectis gratiam nostram Regi-
am. Generosi Fideles dilecti. Questus est apud
nos graviter Nobilis Nicolaus Krzepichowski
de Gawady et Lipiany hæres. Contra Venera-
bilem et Generalem Joannem Scholasticum
et Matheam Cristodem Lancicien et Cano-
nicos Cracovien, nec non Jacobum, Adamum
Georgium et Andream Drewiczkie fratres Per-
manos Bonorum nostrorum Regalium
Dubossewy Tenutarios. Quod hi sub pretextu
tenutæ prædictorum bonorum nostrorum, qua
nulla sui parte sunt contigua bonis ipsi-
us Hereditarijs Lipianki, volunt et affectant
magnam partem bonorum Prædictorum ipsi-
us hæreditariorum Lipianki adimere et bo-
nis nostris quorum tenutarij sunt convelu-
mare et appropriare, non sine magno da-
mno et præjudicio ipsius. Supplicavit
nobis ut illi de remedio justitiæ opportuno
prospicere in hac parte dignaremur. Sup-
plicationi itaq illius benigne annuentes

animadverto

animadverso eo quod ea res aliter cognosci non
potest nisi debite oculis subjiciatur Fideli
tatibus vestris. Quare fidem, integritatem, ac
Jurisperitiam fidelitatum vestrarum perspe=
ctam habentes, id negotij illis committendum
duximus. Committimusq per presentes, ut ca=
ptato certo die et tempore competen ad lo=
ca differentiarum declarandam, vocatisq ad
sui presentiam partibus quarum interest,
auditis earum propositionibus et responsis
et munimentis in medium productis diligen=
ter recensitis, acceptoq utrinq Jurum ho=
minum fidedignorum sufficienti testimonio
medio eorum corporali juramento, rem ipsa
oculis subjecta si prefata bona nostra
Lubosporvi bonis ipsius Przepiorowskich
Hereditarijs Lipianka contigua ese cognove=
rint, ea ab invicem nemini partium favem,
sed solum Deum et Justitiam pre oculis ha=
bens. In quo conscientias Fidelitatum ve=
strarum oneramus delimitent et distermi=
nent, Scopulis et alijs signis metallibus
circa talia fieri solitis ea consignan, si ve=
ro non contigua, sed alijs bonis vicinorum
ut dicitur, intermedijs sejuncta ese fideli=
tates vestre compertum habuerint ipsum
conquerentem in possessione pacifica bonorum
prefatorum ipsius Lipianki conservent, et

assecurent Decreto vestro Commissoriali mediam.
Tenutarijs nostris prefatis injungen, ne eum
amplius in possessione bonorum ipsius pertur=
bare, aut quovis modo inquietare audeant. Va=
dio eorum oportuno de non violando hujusme=
di Decreto Fidelitatum vestrarum, autoritate
nostra vallato et interposito, Ulnius vestrum
absentia non obstante. Datum Cracovie feria
sesta post Dominicam Conductus Pascha pro=
xima Anno Domini Millesimo Quingente=
simo Quadragesimo sesto Regni nostri Qua=
dragesimo, Et Commissionis Sacre Regie ela=
pestatis propria. Termino itaq ex vi immo=
tescentis nostre Commissorialis in diem ho=
diernam cadente partibus ambabus coram No=
bis comparen et terminum attentantibus
ibidem in loco differentiarum respicionem fe=
cimus, et Jurisdictionem nostram autorita=
te nobis concessa fundavimus ad executionem
Commissionis Sacre Majestatis Regie in
eum qui sequitur modum procedimus. Im=
primis Subditi Sacre Regie Majestatis de
Villa Lubotschewy ex tenuta prefatarum Dzie=
dzicziich juramentum fecerunt, juxta Jus
commune nemmero septem, susceptoq ab
illis Septem juramento ducti sumus per
eos juxta fluvium dictu Wolborza et secuti
sumus eos per campos et borram ostende=
runtq nobis signa nobis notoria aperens
esse sepulos et signa granicialia dividen=
tia bona Regalia, cum bonis Lipiankii ipsi=

us

us Drepicherovski hæreditarijs et adducti usq̃ ad fluvium dict. Silva, ubi finiverunt grepum eius alias Zajárd quem petierunt per nos approbari. Tandem Nobilis Nicolaus Drepichowski facto juramento juxta Lotam juris cum jus testibus, incepit grepum suum a tribus Scopulis angularibus bene notorijs, qui dicuntur bona hæreditaria Stharrizeze et Siebrovo Generezonem de Ujard parte ab una, et Sipiantii Nobilis Nobilis Nicolai Drepischewski ab altera partibus, dicendo se non habere granicies cum villa Siborzewy Sacræ Regiæ ellajestatis Tenuta prætatorum Drzeborizkich, tantum cum hæredibus de Ujard, et comprobantes intentionem suam, reproduxit coram nobis duo Privilegia unum cum appensis Sigillis venditionis Nobilis Lamperti de Comorow et aliud granicialе inter bona præexpressa, Quorum quidem Privilegiorum tenor is est. Petrus Dunin de Ujjure Palatinus Rrzesten, et Margemburgen et Lanciticien Capitaneus. Significamus tenore Præsentium quibus expedit universis et singulis præsen et futuris. Quomodo de anno a Christi Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Octavo, feria tertia in die Purificationis Marie tempore Capitaneatus Strenuissimi Michaelis Lasotzki Succameraij et Capitanei Lanciticien prædecessoris nostri immediati in actis Capitri Lanciticen. invenimus contineri inscriptum. Qualiter ad nri præsentiam veniens

Nobilis

Nobilis Lampart de Comorowo sanus mente
et corpore existens publice recognovit. Quia
hereditalem suam totam Lipianki Campi et Syl-
varum, ac borram jacentium inter hæreditates
Nieborowo et Lipiani Majores Domini Jacobi
Tribuni Siradien cum rippis Bielina ab una
et Kapecznicza ab altera fluviorum cum omni
jure Dominio prout solus tenuit et habuit,
longo lateq a granicziebus ad granicies, nihil
pro se nec suis legitimis Successoribus ibi-
dem relinquendo, pro ducentis marcis moneto
dicto Szeregneczyska, in terra Siradien jacen
spectan ad hæreditatem Brzozowo Generose
Domino Jacobo de Brzozowo Zawada Tribuno
majori Siradien vendidit et perpetuo resigna-
vit terram pro terra seu hæreditatem pro hæ-
reditate dando per ipsum præfatum Jacobum
et suos legitimos Successores tenere habere u-
tifrui et possidere temporibus perpetuis du-
raturo. In cujus rei testimonium Sigillum
nostrum præsentibus est subappensum. Ac-
tum et Datum Sanctis feria Secunda ipso
die Sancti Joannis Baptistæ Anno Domini
Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Se-
cundo. Præsentibus Nobilibus Joanne Boëian
de Bielcia Bernardo de Sawaczina, Ladis-
lao de Skławy Derslao de Bielawy, Joan-
ne de Przerąwnicza et alijs multis circa pre-
missa fidedignis et honore. Exhibuit insuper
verificari suam intentionem aliud Privilegium
ouasione granicziarum Præfatarum Bonoriem

Sthanzire

Sharzuze Niebrow ex una et Lipianki parte
ab altera, sub titulis et sigillis Judicis et Subju-
dicis generalium Lanciciens, cujus Privilegij simi-
liter de verbo ad verbum nihil addendo vel mi-
nuendo tenor sequitur et est talis. Joannes de So-
niatowo Judex et Nicolaus de Mierzino Subju-
dex generalis Terre Lanciciens. Significamus te-
nore presentium universis et singulis quibus
expedit, tam presen quam futuris. Quomodo ad
nostri Judicij Presentiam venientes Generosi An-
dreas Dunin cum suis Participibus de Ujazd
Sharzyze et Niebrow ex una, et Generosus Lze-
pichowski de Kawada de Terra Siradiens: Shora
de Lipianka in terra Lanciciens ex altera parte
altera publice coram nobis recognoverunt
Quia inter se et hereditates ipsorum Niebrow
et Sharzyze prefati Andreas Dunin cum
participibus ipsius de Ujazd ex una, et Lipian-
ki prefati Joannis Lzepichowski parte ex alte-
ra per Nobilem Abraam Jabecrki de Lzewo
Camerarium generosi Stanislai Hlynek de Ulmi-
nie Succamerarij terre Lanciciens, et per Mini-
sterialem Jacobum Radowski de Brzezuny gra-
nities seu limites et scopulos renovaverunt,
fecerunt et Sipaverunt incipien a fluvio dicto
Colborza usq ad fluvium Bilina et a pre-
fato fluvio Bilina peres prefatam fluvij
Lippam usq ad fluvium Piaseczniza sicut
Qui prefatus generosus Lzepichowski medie-
tem prefati fluvij Piaseczniza habebit,
cum rippa a prefato fluvio Bilina, usq ad
prefatum fluvium Lileza ad partem Lipianki.
& Venator ejusdem terre Siradiensis= Et

Et Dominus Andreas Durin cum Participibus
suis, Incipiendo a prefato fluvio Bilina usq ad
prefatum fluvium Bilera habebit medietatem
ejusdem fluvij Biasecznicza cum rippa ad Laskon
Skarzicze, pro quibus granicziebus prefatus
Andreas Durin inscribit se ipsum prefatum
Joannem Drzychowski tenere et evincere a pa-
tre suo Generoso Joanne Durin et nepotibus su-
is filijs olim Generosi Jacobi Durin videlicet
Vincentio et Stanislao sub vadio duum mul-
tarum florenorum certe debiti, in quemlibet flo-
renum per triginta groszos computan moneta
et numeri Regni Polonia. Que quidem prefa-
te granicies seu scopuli debent precipue et qui-
ete durare et estare prescriptionem terrestrem et
deinde perpetuo et in avum juxta consuetudinem
terrestrem sub eodem vadio duum millium flo-
renorum. Et si aliquod damnum sive impedi-
mentum Prefatus generosus Drzychowski in
prefatis granicziebus haberent, Extunc si se
pro prefato vadio prefatus Andreas Durin
citare admiserit, in primo termino debet sta-
re et respondere et quod terminum pretra
heret eodem causam suam perdere seu amit-
tere debet. Actum et Datum in Brzezinij in
Terminis terrestribus Feria tertia post festum
Sancte Trinitatis proxima. Anno Domini
Millesimo quingentesimo quintodecimo Pre-
sen Generosis et Nobilibus Stanislao Laszczki
de Brzezinij Succamerario Sarnacziensi et Ja-
buno Sothaczowiensi Nicolao de Rielany Sub-
pincerna, Nicolao Lomiechowski Vexillifero
majori

majori Joanne de Siari Subdapifero, Nicolao de Suczniewo Vicecapitaneo Sanociensibus, Nicolao Lelyniek de Kordkow Castellano Przemisl, Joanne de Wagi Subjudice Lauren, Paule Lenka Judice Castri Oprzezen Stephano de Lesiard dominis Suarmerario Sanocien terre et alijs quam pluribus fide et honore dignis testibus circa premissa. In cujus rei testimonium et meliorem fidem Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Quibus Privilegijs prefatus Nicolaus Przepiechowski productis et exhibitis precijt se justa contenta eorundem conservari, Tandem nos duxit per medium fluvij dicti Piaseczniczna usq' ad fluvium dictum Pilica. Et ibidem gressum suum finivit. Generosi de Ujazd Starzycze Sanieten agnoverunt. Nos itaq Commissarij supranominati auditis Partium prepositionibus et responsis seriumq' depositionibus medio corporali juramento per eos factis, bene revisis, Privilegijs et perlectis edoti documentis tam literatorijs et signorum, quam etiam re subjecta oculis, Protunc pro tribunali sedendo juxta ripam fluvij Pilica remini faventes, sed deum et justitiam pre oculis habere decrevimus. Quod bona Legalia Luiborzehowy sic nuncupata Ferneto Generosorum Drzewierzkich cum bonis Lipianki Nobilis Nicolai Przepiechowski de Zawada hereditarijs non sunt contigua, nec possunt habere granicies tantum cum heredibus de Ujazd et villa eorum Starzycze.

Quare

Quare ab impetitione et inquietatione quavis
Curadia prefatum Nicolaum Drapichowski et
illius bona Lipianki ac ejus successores prospe=
res et haeredes ville prefate tam presentium te=
nutariorum Legie Majestatis, quam aliorum
quorumvis pro tempore existen liberos et abso=
lutos pronunciamus perpetue et in eorum hac
nostra sententia mediante harum quibus Sigil=
la nostra applicavimus testimonio literarum,
vadiumq; mille marcarum nec non pene monete
et numeri Polonicalis de non violando hujus=
modi Decreto nostro per Partes prefatas juxta
facultatem nobis desuper concessam vallavi=
mus et interposuimus, vallamus et interponi=
mus per Presentes Actum et Datum in loco
Carpetri feria secunda post festum Sancti Ja=
cobi Apostoli proxima in loco differentia=
rum inter bona Hebrew Aharzycze ex una
et Lipiarski partibus ex altera cira rippas flu
viorum Piaseznicza et Pilcza Anno Domini
Millesimo quingentesimo Quadragesimo se=
sto. Nos itaq Diejsmundus Lex prenominа=
tus dicte Supplicationi et justo annuen Lite=
ras prefatas et earum contenta rata et grata
haben in omnibus punctis clausulis arti=
culis et conditionibus approban ratifican
et confirman dusimus, Approbamus ratifi=
camus presen Literis nostris decernen eas
robur debite et perpetue firmitatis habituras
In cujus rei testimonium Sigillum nostrum

Presen

Presentibus est appensum. Datum in Conventi=
one generali Regni feria sesta post Festa Con=
versionis Sancti Pauli Apostoli: Anno Domini
Millesimo Quadrágesimo Quingéntesimo se=
cundo.

Donatio Summa Florenorum centum
Generoso Jacobo Kilijowski Aulico Le=
gio pro fidelibus Servitijs ab annis
multis prestitis singulis annis ad
extrema ejus vita tempora percipiendo=
rum.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ etc.
Significamus tenore presen quibus interest u=
niversis. Quia haben rationem fidelium ser=
vitiorum Generosi Jacobi Kilowski aulici no=
stri veterani. Que nobis ab annis multis dili=
genter et fideliter prestare est solitus. Jam a=
nimadverten ipsum propter etatem suam
jam affectam servitio nostro, quod super eques
habuit, non posse ita commode ut ante sa=
tisfacere, volen itaq pro suis servitijs eum con=
solatum reddere, ex certa scientia nostra in
compensam sui servitij dedimus illi damusq
per presen Literas nostras florenos centum mo=
nete usualis per triginta grossos Polonicos
florenos singulos computan. Que quidem cen=
tum florenos monete qui se Generosus Jacobus
Kilowski annis singulis ex thesauro nostro
vel simul vel divisim percipiet ad extrema
usq vita sue tempora, aut ad stationis e=

equivalen

quivalentis vacationem aut aliam Provisio=
nem nostram ad centum florenos se extenden=
tem illi per nos aut Successores nostros faci=
end. Quorum centum florenorum solutio prima
post unius anni decursum a data presen com=
putand debet inchoari, Ita tamen ut stipendium
quod hucusq super equos habuit ultra non
percipiat, neq ad equorum numerum foved ut
ante sit obligatus. Quam gratiam nostram
pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris
Legibus promittimus nos servaturos et ad
servandum ipsi Generoso Jacobo Kilowski dictos
Successores nostros Leges presentibus obligamus.
Quare Magnifico Spithck de Tarnow Cologni=
cen Castellano Legni nostri Cancellario The=
saurario Kiezpicen Priesnicen Kiepowieng
Capitaneo sincere nobis dilecto aut alteri pro
tempore existenti Legni nostri Thesaura=
rio mandamus, ut dicto Jacobo Kilijowski
annis singulis ex thesauro nostro ad extrema
vite ipsius tempora aut ad stationis equi=
valen hoc est summam centum florenorum
facientis vacationem aut aliam Provisio=
nem nostram ad summam florenorum
Centum se extendentem de qua illi cum va=
cavrit providebimus et ad providendum Se=
renissimos Successores nostros obligamus re=
aliter et in effectu satisfaciat. Harum testi=
monio Literarum quibus in fidem Sigillum
nostrum est appensum. Dat in Conventio=
ne generali Piotrcovien. Feria quinta ipso
die

Die Conversionis Sancti Pauli Anno Domini eiusdem Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Secundo.

Donatio Juris non Responsivi Generosis Paulo Corzenski et ipsius filijs Joanni Bernardo Felicii Georgio Nicolao Luca Fratribus Germanis de Lasiona sita in terra Ciemen hæreditibus.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ etc. Significamus tenore præsentium Quorum interest universis. Quia cum relatum esset nobis nomine generosorum Pauli Corzenski et filiorum ipsius Generosi Joannis, Bernardi, Felicis, Georgij Nicolai Luca fratrum germanorum de Lasiona hæredum de terra Ciemen et ducatu nostro Masovia. Quod Generosus Stanislaus Pilina Pinczowa Lelarschowien et Nobiles Nicolaus Valentinus, Joannes, Stanislaus, Andreas et Joannes Albertus alias Olbracht ejus filij de magna Lubia hæredes in Jus commune ab illis vocati respondere nolunt, jure non responsivo se tuendo et protegendo. Illi vero quoniam jure ejusmodi non responsivo carent, quoties a prænotato Stanislao Pilina Pinczowa Lelarschowien et filijs ejus in Jus vocantur totiès eis respondere et se justificare cogentur cum injuria et gravamine suo. Itaq; nos volen eosdem Generosos Paulum Corzenski et filios ipsius Joannem Bernardum Felicem Georgium Nicolaum Lucam Fratres

germanos

germanos pari gratia nostra prozequi, et si-
mili prerogativa juris providere. Ipsis Jus
non respondendi coram Judicijs nostris quibus-
cunq; Castren et terrestribus Ducatus nostri Ma-
sovie dari donari et concedendi. Prout presen-
damus et concedimus. Ita quod ipsi Corzenscii pater
et ipsius filij omnes in solidum vel singuli eo-
rum ad quodcunq; judicium Castren vel terrestre
cujuscunq; districtus Ducatus nostri Masovie
ad instan prefatorum Stanislai Bilina Pin-
cerne Warschovien et filiorum ejus de magna
Sucha Hæredum jus non respondendi simile
habentium annuum, in simul vel singulorum
eis citati stare et juri parere non tenebun-
tur nec erunt astricti. Pœna ob illorum non com-
paritionem et contumaciam nulla sequente. In-
terminis tamen generalibus ipse Paulus Korzen
ski et filij ipsius Joannes Bernardus Felix Ge-
orgius Nicolaus Lucas fratres germani ab illis
citati coram vicesgerente et Consiliarijs Duca-
tus nostri Masovie parere et se justificare te-
nebuntur. Illij autem omnibus, Dei hujusmo-
di juribus non respondendi carent more ce-
teto respondere debebunt. Volumus enim o-
mnes subditos nostros æquali gratia et jure
gaudere ac potiri. Ita ut unus super alterum
plus sibi non vendicet Juris. Quare vobis o-
mnibus Judicibus Terrestribus et Castren u-
biunq; in Ducatu nostro presertim vero in
Terra Czerner presidentibus mandamus, ut
prefatos Paulum Korzenski et filios ipsius

Joannem

Joannem, Bernardum, Felicem, Georgium Nico=
laum Lucam fratres germanos Corzenskie in
hac prerogativa ipsis a nobis concessa conser=
vent conservarique faciant, pro gratia nostra ha=
rum quibus Sigillum nostrum est appensum te=
stimonio Literarum. Datum Siothrcovie Sabbato
pro festum Conversionis Sancti Pauli proxime.
Anno ut supra.

Conservatio ad vitam in Capitaneatu
Pisdren Generosi Erasmi de Cethkowo
Castellanii Brzesten Pisdren Capitanei
ac Vectigalium majoris Polonie Prefe=
cti.
Sigismundus Dei gratia Rex Polonie etc
Significiamus tenore Presentium, quorum inter=
est universis. Quia habens commendata atque
indefessa fidelia Generosi Erasmi de Cethcowo
Castellani Brzesten Pisdrens nostri Capitanei
servitia quibus se nobis ab ineunte etate plu=
rimum reddit gratum et commendatum, vo=
lens benefluentie nostre erga illum significa=
tionem preben et ad serviendum Nobis et
Serenissimo filio nostro reddere devinctiorem.
Relinquen ipsum in Capitaneatu Administri=
strationis sue Pisdren ad extremia vite sue
tempora duximus. Idemadmodum presen=
tibus relinquimus eo modo quo hucusque
ad fidelis manus tenuit. Per ipsum Generosum
Erasmum de Cethow dictum Capitaneatum Pi=
sdren ad extrema ipsius et proferter vite

tempora

tempora teneat habeat utifruat quiete et pacifice
possideat Promittimus autem verbo nostro Regio
pro Nobis et Serenissimis Successoribus nostris
quod quamdiu ipse Generosus Erasmus de Rothkow
in vivis fuerit ea dicto Capitaneatu Pudren illum
non amovebimus, nec Serenissimi Successores
nostri amovebunt. Sed ipsum Erasmum de Roth-
kow ad extrema vita sua tempora in dicto Capi-
taneatu Pudren conservabimus, Serenissimiq Suc
cessores nostri conservabunt, harum quibus te-
stimonio literarum in fidem sigillum nostrum
est appensum Datum Piotrkoviae feria Quarta
in vigilia Purificationis gloriosissime virginis
Mariae Anno ut supra.

Salvus Conductus Bernardo Golenski

Datus est salvus conductus N. Bernardo Golin-
ski a vi et potentia, donec pro Majestatem Re-
giam de legitimitate aut illegitimitate proces-
sus contra eum per Laurentium Ciegler Civem
de Sobiedreska continuati fuerit cognitum Da-
tum Piotrkoviae feria tertia ante festum Puri-
cationis Virginis Mariae. Anno ut supra.

Data facultas inscribendi Proventus

Generoso Joanni Buriczki Castellano
Riecen super bonis Tabernae Mierzi-
cka ante Oppidum Colieliczka sita pro
fundatione Mansionariae in Ecclesia
Parochiali Czerkiecz

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ etc.
Significamus tenore presen quorum interest Uni-
versis. Quia nos benigne annuen precibus Ma-
Joannis Berieski Castellani Rieven etc. Ipsi ex cer-
ta scientia et oratis nostra Regia admittendum
et consentiendum esse duximus admittimusq' et
consentimus presentibus certum Proventum et-
per bonis suis hæreditariis Taberna Mierziezka
dicta ante Oppidum Wolierka sitta pro funda-
tione Mansionaria seu altaristorum. Quod illo-
rum ex melion deliberatione et voluntate qui-
us Joannis Berieski fuerit visum in Ecclesia
Parochiali in Castrico titulo Sancti Laurentij
consciber per Mansionarios ejusdem Ecclesie
seu Altharistas pro tempore existen pro-
ventus hujusmodi singulis annis percipian
levand. et tollendum justa conditionis et con-
tractus inscriptionis per quem Quum Joannem
Berieski Castellanum fuisen, quem quidem Pro-
ventum super dictis bonis Taberna Merzie-
zka eatenus tantum immunitati Ecclesiæ
adscribendum permittimus, ut pro repetitio-
ne ejus vel alia quavis actione ad forum spiri-
tuale recurrere fiat. Nihilominus Prospexeros e-
jusdem Proventus ad obeunda onera quavis
pro necessitate Reipublicæ Laudata vel laudan-
da adstrictos esse volumus, etiam eo quod
immunitati Ecclesiasticæ adscribatur mi-
nime obstan. Harum testimonio Literarum
quibus Sigillum nostrum est appensum.
Datum Piotrcovia Feria tertia ante festum Pu-

rificationis Manu. Anno quo supra.

Confirmatio inscriptionis seu reformationis inter Magnificum Joannem de Cesicleer Palatinum Sieniawladislaviens et Magnificam Annam de Tanczin Consortem suam legitimam super bonis infrascriptis descriptis utring facta

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus tenore praesen quorum interest universis. Quemodo comparens personaliter coram Majestate nostra Regia Magnificus Joannes de Cesicleer Palatinus Sieniawladislaviens, cum Praesidem Cavalieri Dobrzinieri etc. Capitaneis zanes mente et corpore existens releden a terris et Districtibus suis quibuscvis propriis, in quibus Possessiones habet, seq' cum bonis suis, que ad actum praesen huic jurisdictioni subiicien et incorporan fatetur et peressus est, recognoscens affectum et amorem Conjugalem, quo Magnifica Anna de Thencin Conjux sua Charissima ipsum amplexa et prosecuta est, quod videlicet non ita pridem cum suorum amicorum consilio et consensu bona sua propria et hereditaria omnia hereditaria Immobilia etiam omnia sibi Joanni Conjugi suo perpetuo et hereditario jure donavit inscripsit, Possessionq effectuali realiter et in effectu tradidit et cepit. Pari quoq affectu et amore conjugali erga eandem Magni-

Juam

suam Annam Conjugem suam Charissimam mo-
tus respectu et vicissitudine donationis antehac
sibi per eam facte, in hujus benevolentie et be-
neficij recompensam. Ipse Magnificus Joannes
Palatinus prefatas omnium bonorum suorum
hereditariorum et obligatoriorum seu summa-
rum in bonis nostris Regalibus habitarum et
inscriptarum, in quibus cum terris et districtibus
Regni nostri consistent videlicet in Civitatibus
et Oppidis Przemicie, Kowale, Pniewkow Bobro-
wniki, Dobrzen, Niesthewa, Nova Lipno, Lupin
Skage, Sieschowe, et in alijs bonis ejus in terris
Lussie et Districtu Przemistien jacent et consistun,
inclusis villis et predijs ad easdem Civitates et
oppida pertinen, que nunc habet et in poste-
rum habiturus est. Cum omnibus prefatorum
bonorum utilitatibus, fructibus, proventibus,
ita quod species generi et genus speciei non dero-
get, nullis penitus exclusis Consuetudine nostro Re-
gio que ad bona nostra Regia attenden. Quem i-
psis Conjugibus per presens gratiose damus et
conferimus, Concessit et concedit sibi Magnifice
Anne usum fructum ad tempora vite sue ex-
trema, Scili videlicet conditione et modo. Quod
si prefatum Joannem Palatinum priusquam
prefatam annam mori contigerit. Extunc ipsa
Anna bona omnia prefata cum omni jure do-
minio proprietate et usufructu tenebit habe-
bit et possidebit, illisq utifruetur tam diu quam
diu viserit ad tempora vite sue extrema bona
tamen prefata non minuen nec quovis modo
alienan. Post mortem vero prefate Magnifice

Anne

Anna de Thenczin, Prefata omnia bona et sin-
gula integra nullis exceptis ad ipsius Joannis Co-
sielczki veros legitimos Posteros et successores de-
volvi, cedere, et provenire debent, devolventurq
et cedent ac provenient. Quam quidem inscripti-
onem nos Sigismundus Rex prefatus ratam et
firmam haben in eandem consentimus, eam ro-
bur et vim debite firmitatis habituram, decer-
nen atque illam in omnibus punctis clausulis
articulis et conditionibus confirmamus et appro-
bamus. Datum Pietrcovie feria tertia ante festum
Purificationis gloriosissime Virginis Marie. An-
no ut supra

Donatio ad vitæ extrema tempora a-
rea in villa Dobiegniew Generoso Mar-
tino Calinski de terra Sanociensi Prze-
cen Judicii.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie etc
Significamus presen Literis nostris quibus expe-
dit universis. Quia nos ad intercessionem certo-
rum Consiliariorum nostrorum pro Generoso Mar-
tino Calinski Judicio Przedecen de terra Sanocicien
nobis factam, Ipsi aream in bonis villæ no-
stre Dobiegniew pro extruen Granario tam in
longitudinem, quam in latitudinem mensura tri-
ginta cubitorum prene nostrum granarium i-
bidem extructum situm, dari et concedendu-
simus damusq et concedimus presen Literis no-
stris per ipsum Generosum Martinum Kalin-
ski dict aream ac granarium, quod supra illam

extructum

extructum fuerit, ea longitudine et latitudine
fuerit mediocrem premissum est teneri habere uti=
fruendi quieteq; et pacifice possideri. Ad quod grana=
rium eadem via qua ad nostrum alleditur etiam
liberum accessum et professionem permittimus
et concedimus. In quorum granarij per illum
extruendi usu et possessione ad extrema vite
sue tempora ipsum Martinum Christi con=
servabimus successoresq; nostri conservabunt.
Et tamen vita functo dicti granarij possessio et
dispositio ad nos et successores nostros redibit
et devolvetur pleno jure. In cuius testimonium Litera=
rum. Quibus Sigillum nostrum est subappen=
sum. Datum Piotrcovie feria tertia ante festum
Purificationis Marie proxima. Anno Domini
quo supra.

Admissio emendi census in vim reempti=
onis in quibuscunq; bonis Civilibus seu
terrestribus pro fundando ceno Man=
sionario in Ecclesia Parochiali Clar=
then Data Generoso Petro Pistupski
Castellano Cracovien.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie etc
Significamus tenore presen Quibus expedit uni=
versis. Quia probam studium Generosi Petri Pi=
stupski Castellani Cracovien, quod in augen Al=
tri divino exhibet, consensimus ipsi, ut possit
censum annuum convenien, in bonis quibuscunq;
sive terrestribus sive Civilibus pro summa cen=
tum florenorum moneta emere et insembere pro

fundan

fundari vesto Mansionario in Ecclesia Parochi-
ali Letarien, in vim tamen recemptionis alias
na Leyperkaw, perdictum Mansionarium pro
tempore existen predictum censum annis sin-
gulis justa inscriptionem desuper factam le-
vari et percipien. Quem quidem censum ea lege
libertati et immunitati Ecclesiastice adscribi-
mus, ut pro illius repetione et omni actione,
ad forum et judicium Ecclesiasticum semper
habeatur recursus. Volen nihilominus dictorum
bonorum respectorum in quibus prefatus cen-
sus fuerit inscriptus si fuerint terrestria ad
expeditionem bellicam aliaq onera, si Civilia
ad quevis onera Reipublice et Civitati debita ac
laudata vel in posterum laudanda ese obliga-
tor. Eo non obstan quod predictus census liber-
tati Ecclesiastice sit adscriptus. Harum testi-
monio literarum quibus Sigillum nostrum est
appensum. Dat Pietrkovie feria tertia proxi-
ma ante festum Purificationis Marie Anno
Domini ut supra.

Confirmatio Constitutionis Procuratorum
inferiis descriptorum data Generoso Lie-
ronimo Volstki Serenissimi Domini
Sigismundi Augusti Polonie Regis
Aulici.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie Supre-
mus etth Significamus tenore Presentium qui-
bus expedit Universis. Quia comparens per-
sonaliter coram nobis actisq Cancellario nostro

Gnesn

Generosus Hieronimus Woleski Auleus Se=
renissimi filij nostri carus mente et corpore
existens, reliden a terra et Districtibus suis, et
huic Jurisdictioni quo ad actum presen se sub=
mitten et incorporan, palam publice et pres=
sum recognovit et fatus est. Quia servitijs
Serenissimi filij nostri occupatus et ab eis
discedere non valens cui suis causis Jamis et
magnis in quocung Judicio verten et proveni=
en, Coram quocung Judicio saculari Regni no=
stri vel Ducatus Masovie vel coram nostra
Regia Majestate verten et moti, Quas et ha=
biturus est, cum quibuscung Personis status
et sesus in suos veros legitimos et indubita=
tos Procuratores defensores rerum suarum ge=
stores, Generosos et Nobilem Georgium Pe[illegible]owski
Castellanum Wiskiensem, Stanislaum Bo=
reh Capitaneum, Felicem Mikolajewski Judi=
cem terrestrem Sochaczewien Mathiam U=
miathowski Factorem in Faliąthi omnes
in solidum fecit constituit et solemniter or=
dinavit. Dan prefatis Procuratoribus omni=
modam et plenam facultatem citan, ager,
proponen omnesq causas ipsius contra quas=
cung Personas status utriusq disponen, Juramen=
ta audien et attendan, concordiam facien et
summas levan, ac omnes ipsius causas ad de=
bitum finem perducen, Inscriptiones facien
et de summis quietan levan et generaliter o=
mnia in ipsius negotijs et causis facien. Pro=
curatores cum Potestate simili substituen non
obstan statuto in quo est descriptum. Quod Pro=

<u>curatores</u>

curatores nomine sui Principaliter facere debent,
Sed nullis exceptis ita quod generalitas specialitati in nullo deroget penitus. Quam constitutionem nos ratam et gratam habeo eandem suscipimus et robur firmitatis habere decernimus
Harum testimonio Literarum quibus Sigillum nostrum subimpressum. Actum et Datum Piotrkovie feria secunda ante Purificationis Mariæ festum. Anno ut supra.

Confirmatio reformationis Summæ sexcentorum florenorum pecuniæ Dotalitij nomine per Generosum Nicolaum Liubomirski N. Barbaræ consorti legitime in bonis infrascriptis facte

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Significamus presen Literis nostris, Quorum interest universis, Quod constitutus personaliter coram nobis Nobilis Nicolaus Liubomiewski de Tawrzyce et Surowki heres ac in Tenutarius publice et libere recognovit Quod inhærendo inscriptioni reformatoriæ in Actis Castren Cracovien contente eandem reformando seu transportando ad uxorem amore conjugali in Nobilem barbaram Filiam Generosi olim Andreæ Krocimowski de Querowski Dapifери Sigaedien Conjugem suam. Pro ut super medietate omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum videlicet Tawrzyce Surowki et Flinik, nec non super omnibus rebus mobilibus et immobilibus quæcunq; nunc habet et in posterum est habiturus, Quæcunq; nomine vocen-

tur

tur ubiuscunq' et in quorcunq' Jure fuerint sesiri=
gentes florenos Secundie communis monete et
numeri Polonialis ratione dotalitij in totum re=
formavit dedit donavit et inscripsit. Prout re=
format, dat, donat, reformat, dotaliciat, et inscri=
bit. Per ipsam Barbaram Drapata bona tenend ha=
bend utifruend, cum omnibus utilitatibus obven=
tionibus fructibus censibus redditibus univer=
sis bonorum eorundem more et Jure alianum
reformationem diutius in regno nostro obser=
vatt pacifice et quiete nospiuer. Quam quidem
Inscriptionis reformationem Nobilis Joannes
Borzimowski frater Germanus ipsius Barba=
re suscepit. In cuius nos et gratia nostra spe=
ciali conservimus et illam admisimus. Pro=
ut consentimus et admittimus, ipsamq' ratam
et gratam habend auctoritate nostra Regia ap=
probamus et confirmamus presen Literis Decor=
nen eam robur debita firmitatis obtinere. In=
cuius Fidem et testimonium premissorum Si=
gillum nostrum presentibus est appressum.
Datum Piotrkovie feria secunda proxima ante
festum Purificationis Marie Anno ut supra

Recognitio Compromissionis facte in=
ter Venerabile Capitulum Ecclesie Cathe=
dralis Cracovien ex una et Magnifi=
cum Sigismundum Sarnowski Castel=
lanum Sandomien ac Suum Albertum
fratrem suum parte ex altera.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie etc
Sigmus

Significiamus tenore Praesen Quorum interest Quia
comparen personaliter coram Majestate nostra Re=
gia Magnifici et Venerabiles Sigismundus Sarni=
crowski Castellanus Sanocien suo et Ge=
nerosi Alberti fratris sui in hac Parte bonorum
et litis indivisi de ejus ratificatione in forma Iu=
ris caven ex una. Et Bartholomeus Quantheo=
wski Archidiaconus et Stanislaus Wolski Ca=
stos Cracovien, ut et tanquam Procuratores et
Plenipoten Venerabilis Capituli Cracovien de quo=
rum mandato et Plenipotentia per literas au=
thenticas et Patentas sigillo ejusdem Capituli
Cracovien obsignatas plena nobis facta est fides
partibus ex altera, Capien ut asserebant litium
anfractus amputare et ad concordiam deveni=
re de et super litibus et controversijs inter eos=
dem Venerabiles Prælatos et Canonicos totumq
Capitulum Cracovien et Sigismundum ac Al=
bertum Fratres predictos occasione limitum in=
ter bona Cchrowiere dicti Capituli Cracovien et
villam Draski sive Draska aut Haluzina Wo=
lia ipsorum Sarniczewsky excisionis ligno=
rum, sipationis aggeris, dejectione Sepulc=
rum Cationibus, processibus, ultro citroq pro
quibuscunq Causis et coram quibuscunq Judicijs
ac instantijs, quorumcunq Sarmorum et inju=
riarum exinde habitis secutarum, sive mo=
ti, ac eis finem imponere dictasq lites et con=
troversias in totum extinguere et integraliter
concordare non coacti, nec compulsi sed

spontè

sponte et libere publice ac per expressum recognoverunt et fassi sunt. Quia compromiserunt, ac de alto et Basso compromissum fecerunt, in Reverendissimum Nicolaum Dei gratia Archiepiscopum Gnesnen et Samuelem eadem gratia Episcopum Cracovien Regni nostri Cancellarium, ac Rndum Jacobum Uchanski Decanum Floren nostrum Referendarium et hoc si et inquantum Reverendissimus Dominus Episcopus Cracovien in propria persona ad locum differentiarum venire et huic negotio commode intendere non posset, tanquam in Arbitros arbitratores amicabiles compositores, abrem tanquam praesen, dan et concedendi dictis Dominis arbitratoribus et amicabilibus compositoribus plenam liberam et omnimodam potestatem et autoritatem ac speciale mandatum laudand et terminand infra dicrum mensium decurrum et die compromissi huyusmodi computand omnes et singulas lites questiones et differentias predictas ouasione dictorum limitum et differentiarum inter ipsas partes subortas, prout eis videbitur expendendum Juris ordine servato vel non servato omni solemnitate Juris omissa partibus presentibus vel abrem, diebus feriatis vel non feriatis, quomodocunq vel qualitercunq arbitrandi arbitramentandi componendi constituend limitand perpetuandq concordiam facien ac finem dictis litibus imponend submittens se ac ipsorum Successores ratum

gratum

gratum ac firmum perpetuum in habiturum to-
tum id, Quidquid per dictos Dominos arbitros
et Arbitratores compromissi hujusmodi vigo-
re Ordinatum Laudatum sententiatum et diffi-
nitum limitatum et constitutum fuerit, et
contra hujusmodi arbitramentum, sive ar-
bitralem sententiam per se vel alium seu
alios Quovis quesito colore vel ingenio, nul-
lo unquam tempore venire dicere vel facere
de Jure vel Defacto neq; eidem tam in Parte
quam in toto quovis modo Judicio et non
Judicio contravenire, immo eandem senten-
tiam seu concordiam et amicabilem compo-
sitionem, omniaq; ea eidem provenientia
firmiter et inviolabiter observare temporibus
perpetuis in omnibus punctis clausulis ar-
ticulis et conditionibus. Ne a sententia hu-
jusmodi appellare movere, sub vadio duo-
rum millium marcarum pecuniarum mo-
neta et numeri Polonicalis marcam quam-
libet quadraginta octo gros computando
Parti premissa observan per Partem con-
travenien irremissibiliter solvendarum
succumbent. Casu vero quo aliqui ex memo-
ratis clausulis conditionibus et articu-
lis Ipse Castellanus seu episcopus frater ac Ve-
nerabile Capitulum vel eorum Successores
contravenerint, extunc vadium Prefatum du-
orum millium marcarum Succumbent.
Licebit autem utriq Partium supradictarum

unam

unam vel duas Personas sive Personarum
Status, Spiritualis aut secularis ad pre=
nominatos Dominos Arbitros pro illorum
Consilio adjungere et addere, ita tamen quod
omnis potestas apud praedictos Dominos
Arbitros superius expressos manere debet,
salvo nihilominus permanendi jure et actio=
nibus utriusq' Partis si et in quantum per
Dominos Arbitros supranominatos hujus=
modi controversia ipsius compromissi vi=
gore terminata et finita non esset, Ita ut
liceat uniuiq' Jus suum prosequi in jure
et judicio competenti. Harum testimonio
Literarum, Quibus Sigillum nostrum est ap=
pressum. Datum Piotrkovie feria Quarta in
vigilia Purificationis Mariae Anno quo su=
pra.

Dantiscatus Cracovien Datus Gene=
roso Gabrieli Thartb de Szrzekarzewi=
cie Vexillifero Sandomirien.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc
Manifestum facimus tenore Praesentium Uni=
versis. Quia nos habent rationem meritorum
Domus et familiae Generosi Gabrielis Thartb
de Szrzekarzowicie Vexillifer Sandomirien
et Capitanei Chelmen Serenissimi Principis
Domini Regis junioris Magni Ducis Lithua=
niae Filij nostri Charissimi mensa Structoris
Quibus se nobis ab ineunte etate sua ser=

vien

vrens, una cum fratribus suis reddidit com=
mendatum; volensq' ipsum ad futura obse=
quia nostra et Serenissimi principis filij nostri
eo propensiorem reddere, sibi Dapiferatum ter=
re Calvorien. Quod impresentiarum Lenero=
sus Nicolaus Mishowski de Spitheovice clen=
se nostro Structor et Capitaneus Kiedzirze=
cen hactenus tenuit, et illud per cessetio=
nem ipsius ad officium Thesoratus huius
voluit, dare donare et conferre duximus,
dareq' donamus et conferimus presentibus
per ipsum Gabrielem Sharto huiusmodi Da=
piferatus officium cum eo jure dominio, au=
ctoritate, quemadmodum hactenus tentum
et possessum fuerat, tenere habere utipruen=
dum, pacifice et quiete, ad ultima vite
sue tempora, aut ad majoris dignitatis
apecutionem Lopsiden. Proinde vobis omni=
bus Quorum interest, Et singulariter Ma=
gnifico Severino Bonar etc Mandamus Qua=
tenus ipsi Gabrieli Sharto de omnibus Iu=
ribus Proventibus ad officium huiusmodi
Dapiferatus pertinen respondeant, et respon=
deri faciant in effectu. Harum Literarum
testimonio. Quibus Sigillum nostrum est
appensum. Datum Piotrkovie feria Quinta
ipso Die Purificationis Gloriose Virginis Ma=
rie. Anno Domini Quo supra

Donatio ad vitam Advocatie in
villa

villa Raby ad Capitaneatum Prædecen pertinen Nobili Michaeli Lozinczki.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus tenore Præsen quorum interest Universis. Quia ad interceßionem certorum Consiliariorum nostrorum pro Nobili Michaele Lozinczki Advocato in villa nostra Raby ad Capitaneatum Prædecen pertinen nobis factam. Cum quod nobis etiam retulißet Generosus Albertus Cayzerstein Vexillifer Calißien Prædecen noster Capitaneus, Quod se gerere solet, quemas modum bonum ibidem Advocatum decet. Decernimus et comprimus illi advocatiam Dictam in Villa nostra Raby ad extrema ipsius vita tempora tenen haben utißruen et prospiden. Cum omni jure Dominio et proprietate omnibusq; attinentijs et pertinentijs, nullis penitus exceptis, alias justa seriem literarum originalium super prefata advocatia juste et legitime emanatarum, Dictum autem Michaelem Lozinczki ampliori gratia prosequen neq; nos ipsi quamdiu vivet, ex Advocatia prefata alicui cuicunq ex Subditis nostris eximere permittemus neq; Successores nostri permittent, sed neq; nos ipsi pro mensa nostra illum simus exempturi, neque Successores nostri eximent. Juribus tamen nostris salvis interim manen in omnibus. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio Literarum. Datum in Conventione generali

nerali Piotrkovien, feria Quinta ipso festo Puri=
fiationis Virginis Mariæ. Anno Domini Mil=
lesimo Quingentesimo Quadragesimo Octavo.
Regni nostri Quadragesimo Secundo.

Exemptio seu absolutio a solutione con=
tributionis Duillaris Proconsulis et
Consulum Antiquæ Civitatis Varsecho=
vien

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ etc
Significamus tenore præsentium quorum inter=
est universis Quia expositum est nobis per=
certos nostros Consiliarios nomine famatorum
Proconsulum et Consulum Civitatis nostræ
Antiquæ Varsuhavien, Quod tametsi mul=
tos labores in administran Republica su=
stineant et præmium nullum habeant, si=
mulq per certos Consiliarios nostros supplie=
catum, ut quando contingit contributionem
Duillarem Pandari, ut ipsi Consules residen
a dicta contributione duillari more aliarum
Civitatum liberi esent, Nos Supplicationi dicto=
rum Consiliariorum nostrorum benigne annu=
en et æquum esse censen, ut qui laborant la=
boris quoq percipiant præmium Ipsos Procon=
sulem et Consules Warszhovien quotius contri=
butio Duillaris Pandata fuerit ab ipsa contri=
butione liberos esse more aliarum Civitatum
volumus, mandan exactoribus Duillorum
contributionum pro tempore existen, in li=
berde

bertate illis a nobis concessa eos conservent
et conservari faciant, nullasq' exactiones Duil=
lares ab illis exigant. In quarum quibus Sigil=
lum nostrum est appensum testimonio litera
rum Datum in Conventione generali Piotrkovien
Feria sexta in Festino Purificationis Mario
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Qua=
dragesimo Octavo. Regni vero nostri Quadra=
gesimo secundo.

Donatio Literarum Moratorialium
Famato Hermano Smith Civi Ge=
danen ad annorum duorum decursum
quibus absolvitur ab omni Judiciaria
potestate.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie etc
Significamus tenore Presen, quibus expedit
universis. Quia annuen supplicationibus
nobis nomine famati Hermani Smit
Civis Gedanen factis. Qui interim quod Cre=
toribus suis aliquantam pecuniam debeat
solvendoq esse nequeat sibi metuat, ne in
manus eorum incidat, sicq jam Prorsus omni=
um fortunarum suarum extremam jacturam
subire necesse habeat. Decare ut ipsi clementer
providere, eumq publica fide seu literis mo=
ratoriq adversus ejusmodi creditores munire
ad aliquot justi temporis spatium dignare=
mur. Presertim cum non sua Culpa aliqua

malitia

malitia in eam necessitatem deductus esse videatur, sed potius aliorum ergo se vitiosam negligentia aut improbitate etiam. Cui cum multa sibi debeant, ab ejs tamen sua interim nulla ratione potest recipere et rehabere illis credita. Quare ut etiam interea temporis libere sua repetere possit suisq; tandem Creditoribus solvendo esset, ejus Supplicationi libenter annuimus, salvumq; conductum nostrum, literasq moratorias in totos duos annos a data Præsentium computandas dari et concedi ei duximus, Damusq et ex nostra authoritate concedimus. Ita quod durante hoc tempore nostri huius salvi conductus non teneatur ipse Hermanus, nec cogi poterit, a quavisq judiciaria potestate ad justam cujuscunq hominis etiam, huius cui se obligaverit et ejusmodi beneficio nostrarum literarum moratoriarum expresse renunciaverit, ad solvendum seu satisfaciendum alicui Creditorum suorum ex tamen conditione. Quod ipse Hermanus statuat pro se actos Judices. Quia exacto hoc biennio in literis præsentibus præfixo Creditoribus suis se se justificare debeat. Quare universis et singulis cujuscunq status et conditionis hominibus subditis nostris Præsertim vero Castrorum Civitatum et Oppidorum Præfectis Consulibus et Consulibus, alijsq; Subditis nostris Mandamus, ut eadem Salvi conductus nostri literas in

omnibus

omnibus earum Punctis, Clausulis, et Conditio=
nibus firmiter obseruetis et a suis obseruari et
manuteneri jubeatis, atq' eundem Hermanum
Smith sub hac nostra immunitate a salvo
conductu esistere favorabiliter ubiq tractetis.
Eiq et suis fidejussoribus nulla gravamina
personalia et realia inferatis, nec inferre au=
deatis, Sed neu inferri a quoquq permittatis
eam ipsam securitatem a nobis illi datam
ubi opus fuerit et cum per eum fueritis re=
quisiti publicari faciatis. Aliter non facturi
pro gratia nostra. Datum Piotrcovie Feria se=
xta Postridie Festarum Purificationis Virginis
Marie Anno Domini Millesimo Quingen=
tesimo quadragesimo Octavo Regni vero
nostri Quadragesimo Secundo.

Donatio ad beneplacitum Civitati
Varchoviensi Summa Sexaginta flore=
norum ex Thelonea Warschoviensi pro=
venientium in usus Civitatis conver=
tendorum.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie etc
Significamus tenore Presentium quorum interest
universis. Quia cum post Damna que ex igne
conflagratione Civitas nostri Warchaviensi no=
bis presentibus sustinuerunt, ex benigni=
tate nostra et ut ruine dicte Civitatis cita=
us restaurari possent Thelonei nostri Var
schoviensi partem mediam sexaginta videlicet
Florenos

florenos singulos grossis triginta usualibus com=
putatos et fisco nostro annis singulis solvi de=
bitos illis donaremus. Ita tamen ut reliquos se=
xaginta anno ex dicto Theloneo Warschovien
provenien in manus magnifici Joannis Dzer=
gowski Palatini Masovie Warschovien no=
stri Capitanei annis singulis reponerent. Expo=
situm autem nobis apud dictos Cives nostros War=
schovien sumptus quod in restaurandis mo=
nibus ac Pretorio fauerent majores esse, quam
ut illes ultra sustinere, ut propriis sumptibus
perficere possint. Et supplicaverunt nobis cer=
ti Consiliarij ut dictorum sumptuum quod i=
psi Cives Warschovien in instauratione edifi=
ciorum impendunt, utq; ejus perficere possent
clementer dignaremur habere rationem. Illorum
itaq Studijs ac conatibus favere et Supplicati=
oni dictorum Consilianorum nostrorum annu=
en pro illis, ex certa scientia et gratia nostra
speciali reliquos sexaginta florenos Thelonei
Warschavien Qui pro fisco nostro in manus
magnifici Palatini Masovie Warschovien
Capitanei dari hactenus sunt soliti pro edificio
dicte Civitatis Warschovien dari donari duxi=
mus. Quemadmodum damus et gratiose concedi=
mus per presentes predictos Sexaginta flo=
renos per famatos Provisores et consules
Warschovien pro tempore existen annis sin=
gulis exigen et percipien et non in usus ali=
os, quam ipsius Civitatis Warschovien conver=
ten præsentibus, ad beneplacetum nostrum
Regium et Serenissimorum Successorum nostro=
rum duraturos. Quare Magnifico Joanni Dzergo=
wski

ski de Paulowo Palatino et Capitaneo Ducatus ela=
sovie Lubarschowien: Capitaneo et ejus Vicecapita=
neo et alteri pro tempore existen Capitaneo Lubar=
schowien mandamus. Ne a prefatis Civibus Lubar=
schowien dictam summam ratione Thelonei Lubar=
schowien nobis Debi solitam exigat et exigi faciat.
Sed in ea donatione ex benignitate nostra conces=
ipsos Cives Lubarschowien conservet et manutene=
at. Harum quibus Sigillum nostrum est appres=
sum testimonio Literarum Datum in Conventio=
ne Generali Piotrcovien, feria sexta in Castino
Purificationis Marie Anno ut supra

Confirmatio inscriptionum coram Ju=
dicio Juris Supremi Magdeburgen pro=
vincialis Scultetialis Riecen a Nobili
Catharina Lubomarowska factarum.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie etc
Significamus Tenore Literis nostris, Quibus expedit
Universis Quia cum exposituum nobis esset No=
bilem Catharinam Lubomarowska de Districtu
Riecen fecisse duas Inscriptiones coram Judicio
Juris Magdeburgen supremi Provincialis Scul=
tetialis Riecen, alteram Elisabeth Nobilis Sta=
nislai Siemichowski, Alteram Anne olim No=
bilis Petri Striesz ex Strzegowa Scultetorum Con=
jugibus filijs suis legitimis, singulis illarum
centum florenorum Polonie monete et numeri
Regni nostri super Scultetia superioris ville
nostre Przepnik dicta Strzizowo, cujus ipsa Dos=
tempore fuit non habito ad id consensu nostro.
Supplicaturq esset nobis ut ei ejusmodi

in scriptiones

inscriptiones consentire easq approbare et rati=
ficari dignaremur. Nos grata Supplicationi be=
nigne annuen, in eas inscriptiones per ipsam
Catharinam Weynarowska dictis filiabus suis
in Sultetia Villae nostrae Lepuerit, ut premissum
est sine consensu nostro factas consentimus, easq
approbamus ratificamus et confirmamus ut ejus=
dem Vigoris sint et roboris cujus essent si de con=
sensu nostro prius habito facta fuissent. Ita=
tamen ut ejusmodi inscriptionis summam pe=
cuniarum in literis Originalibus juste et legiti=
me emanatis super eadem Sultetia inscri=
ptam non excedat. In harum testimonio lite=
rarum Quibus Sigillum nostrum est subap=
pensum. Datum Piotrkovie in Conventione gene=
rali Dominica Sexagesima Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octa=
vo Regni nostri Quadragesimo Secundo.

Donatio resta Contributionis Duarila=
ris ex Civitate Premisliensi Magnifico
Petro in Weynarz Comiti Palatino et Ca=
pitaneo Cracovien.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae etc.
